CTN
3525

M 44625
R 45 30C

ATN
3525

# MANVALE

ſecundum vſum eccleſiæ Pampilonenſ.
ſancta Synodo approbante editum,
& caſtigatiſsima cura excuſum,
omnibus animarum curam
gerentibus clarum,
continens
in ſe ea quæ ſequuntur.

ANTON. FONSECA



EPISCOP. PAMPIL.

Lugduni, 1545.

¶ Sequitur tabula contentorũ in hoc volumine.


Ordo benedicendi terminos multum vtilis fo.ij.
Ordo et modus coniurandi cũ tempestas euenit: ordinatus per ſanctũ Brandanum. τ durat vſq; ad benedictionẽ fontis. fo.ix.
Modus benedicendi aquam fontis. fo.xiij.
Ordo ſeruandus in baptiſmo. fo.xv.
Ordo miniſtrandi baptiſmum maſculorum ad longum: et in fine euangelium In principio erat verbũ. cum Añã. Sãcta maria ſuccurre τc. et certis orationibus que ſibi ponuntur. fo.xvj.
Ordo miniſtrandi baptiſmum feminarum. fo.xxiij.
Forma baptiſmi tempore neceſſitatis fo.xxix.
Modus quem ſacerdos debet habere circa infirmos tam in exhortãdo q̃ in iniungendo penitentiam. fo.xxx.
Modus miniſtrandi viaticum infirmis ad longum. fo.eo. et vſq; ad fol.xxviij.
Modus adminiſtrandi ſacramẽtum extreme vnctionis: et finita abſolutione et data benedictiõe in vulgari quedã exhortatiões et proteſtationes valde vtiles morientibus ponuntur. deinde conſecutiue in lingua latina Interrogationes ſancti Anſelmi circa hominem moriturum cum certis orationibus. fo.xxxviij.
Ordo quomõ matrimonium ſit miniſtrandum. fo.xlvij.
Ordo ad benedicendum nubentes. fo.l.
Ordo ad ſepeliendum mortuos fo.lvj
Modus viſitandi infirmum confratrẽ in agone iam poſitũ. fo.lxiij.
Modus reconciliandi eccleſiam vel cimiterium nõ conſecratam cuʒ violatur ſanguinis effuſione: vel ſeminis pollutione. fol.lxvj.
Ordo ad reconciliandum violatam eccleſiam vel cimiterum cum fuerit conſecrata. fo.lxvij.
Ordo ad benedicendum metallum cymbali. fo.lxxij.
Benedictio artificis cymbalum facientis. fo.lxxiiij.
Benedictio ſigni ſeu campane fo.eodem.
Benedictio fructuum in die ſancti Blaſij. fo.lxxxvj.
Benedictio facienda ſuper animalibus egrotantibus. fo.eodem.
Benedictio ſalis quod datur animalibus. fo.eodem.
Benedictio herbarum in die ſancti ioannis baptiſte. fo.eodem.

## ¶ Ordo benedicendi terminos.

¶ El dia de ſancta cruz de mayo el ſacerdote deſpues de aber ſe aparejado con la maior deuocion que pudiere dira la miſſa como aqui ſe manda.

## ¶ Introitus.

Exaudi domine exaudi me: vt cognoſcat populus tuus: quod tu es deus eorum: qui conuertis corda filiorum ad te: auertatur obſecro ira tua: ⁊ furor tuus a finib⁹ noſtris domine deus noſter. ps. Tui ſunt celi: ⁊ tua eſt terra: orbem terrarū et plenitudinem eius tu fundaſti: aquilonē et mare tu creaſti. ℣. Gloria patri ⁊c. ¶ Oratio.

Domine Ieſu chriſte: qui indignantium Iudeorum te lapidare volentium iracundiam admiranda tua poteſtate vitaſti: te queſumus: defende nos et fructus terre tua pietate productos ab omni demonum incurſu: grandine et tempeſtate: vt eorum maturitate recepta: eccleſie et pauperibus plebs tua copio-

ſas poſſit diſtributiones impendere. Qui vi-
uis ꝛc. Secunda oratio erit Fideliũ deus ꝛc.
Tertia erit de beato Stephano. Oratio.

AD te pie pater ſupplici voto protbomarty
ris tui Stephani cõfugimus: vt qui dura
Judeorum ſaxa pertulit: ⁊ eorũ ictibus tibi feli
cem animã reddidit: ſic a nobis et terre fructi-
bus diabolicos lapides repellas: duroſqꝫ tem
peſtatis horrores eius placatus precibus auer
tas. Per. Epiſtola Exo. x.

Lectio libri exodi.

IN diebus illis. Extendit moyſes virgaꝫ in
celum: ⁊ dñs dedit tonitrua ⁊ grandinẽ ac
diſcurrentia fulgura ſuper terram: pluitqꝫ dñs
grandinẽ: ⁊ grando et ignis pariter ferebãtur:
tanteqꝫ fuit magnitudinis: quanta ante nõ ap
paruit in terra Egypti ex quo gens illa condi-
ta eſt. Et percuſſit grando cuncta que erant in
agris ab homine vſqꝫ ad iumentum. Et egreſ-
ſus Moyſes tetendit manus ad dominum: et
ceſſauerunt tonitrua et grando: nec vltra ſtilla
uit pluuia ſuper terram. Reſponſorium.
Tu domine feciſti celum et terram: mare et
omnia que in eis ſunt: et cuncta tue ditioni
famulantur: poteſtates tenebrarum contre-

miſcunt: dñe ſi decreueris ſaluare nos: conti-
nuo liberabimur: ⁊ nõ eſt: qui poſſit reſiſtere.
℣. Pre fulgore in conſpectu tuo nubes tranſie-
runt: grãdo ⁊ carbones ignis: et intonuit de ce-
lo dominus ⁊ altiſſimus dedit vocẽ ſuã. Alla.
Qui celorũ cõtines thronos: ⁊ abyſſos intue-
ris domine rex regum: montes põderas: ter-
ram palmo concludis: exaudi nos domine in
gemitibus noſtris.

¶ Secundum Mattheum. Cap. viij.

In illo tẽpore. Aſcendẽte ieſu in naviculam
ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce mot⁹
magnus factus eſt in mari: ita vt navicula ope-
riretur fluctib⁹: ipſe vero dormiebat. Et acceſ-
ſerunt ad eum diſcipuli eius: ⁊ excitauerũt eũ:
dicẽtes. Dñe: ſalua nos: perimus. Et dixit eis
Jeſus. Quid timidi eſtis modice fidei: Tunc
ſurgens imperauit vẽtis ⁊ mari: et facta eſt trã-
quillitas magna. Porro homines mirati ſunt:
dicentes. Qualis eſt hic: quia mare ⁊ venti obe-
diunt ei. ¶ Offertorium.

Populũ humilẽ ſaluabis dñe: quia pius ⁊ mi-
ſericors es: oculos autẽ ſuperbor̃ humiliabis:
propterea aperti ſunt theſauri: et euolauerunt
nebule in magnitudine ſua: poſuit nubes: ⁊ cõ-
fracti ſunt lapides grandinis. ¶ Sacra.

## Ordo benedicendi terminos.

DUlciſſime dñe Jeſu: qui Moiſen et Heliã famulos tuos ad aperiẽdum et claudẽdũ celum prout tibi placuit exaudiſti: quiq; originalis cõtagionis auram ſupra matrẽ tuã pluere nõ permiſiſti: tartareoſq; hoſtes humani generis principes rore tue reſurrectionis conturbaſti: eorundẽ precamur cõciliabula diſturba: cogita ꝙ puluis ſumus ex humo ſecuti fenũ et flos agri: tu itaq; dñe exaudi plebem tuam pro cõſeruatione fructuum terre per temetipſum: qui ſemper es glorioſus cũ tuo patre eterno et ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum amen.

¶ Secũda ſacra. Hoſtias. ¶ Tertia ſacra.

ETerne deus: omnipotẽs pater: qui preces prothomartyris tui Stephani etiã pro ſe lapidantibus incredulis exaudiſti: tribue nobis te adorantibus: ipſo intercedẽte veniã delictorũ: ⁊ ne patiaris plebem tuã perditis diabolica fraude aut aliter terre fructibus ad deſperationẽ et tui nominis blaſphemiã induci. Per dominum ⁊c. ¶ Communio.

TU es domine refugiũ populi tui a tribulatione ⁊ tẽpeſtate: que circũdat nos: tu exultatio ⁊ expectatio noſtra: erue nos dñe a ſagitta volante in die: a negocio perambulãte in tenebris: ab incurſu et demonio meridiano: quoniã

non accedet ad te malũ ⁊ flagellum nõ appro-
pinquabit tabernaculo tuo domine deus.

¶ Post communionem.

AD aures tue clementie confugimus sua-
uiſſime ieſu: preces a ꝓfundo cordis arca-
no ſuppliciter offerentes: vt diabolicas tempe
ſtates tuo coerceas imperio: aeriſqꝫ temperiẽ
populo: precioſiſſimo ſanguine tuo redempto
moderate concedere digneris: noſqꝫ ab hoſtibꝰ
ſacrum nomen tuũ blaſphemantibus clemẽter
eripias. Qui cum deo patre ⁊c.

¶ Pro fidelibus animabus.

DOmine: ſancte pater: qui mãſueti protho-
martyris tui Stephani in conflictu lapi-
dum ſe prementiũ orãtis preces pro ſeuiſſimis
perſecutoribus ſuis nõ repudiaſti: ne reſpicias
ſcelera noſtra: ſed cruda que ꝓ nobis paſſus eſt
filij tui vulnera aſpice: orante amico tuo Ste-
phano. Per eundem.

Dicha la miſſa como eſta aqui yra el ſacerdote
a los terminos dõde ſe acoſtũbram poner las
cruzes: y veſtida ſu ſobrepeliz y pueſta la eſto-
la como es coſtumbre: hara el conſuro o bendi-
cion de terminos teniendo ſiempre vna cruz
en la mano derecha diziendo anſi. In nomine
patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti Amen. ℣. Adiu-

torium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui
fecit celum et terram. ℣. Sit nomen domini
benedictum. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vſqꝫ in ſeculū.
℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et
clamor meus ſemper ad te veniat. ℣. Domi-
nus vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

Domine ieſu chriſte fili dei viui: qui celum
⁊ terrā: mare ⁊ omnia: que in eis ſunt crea
ſti: ⁊ carnem humanam in venerabiliſſimo vte-
ro virginis marie matris tue ꝓpter nos pecca
tores accepiſti: ⁊ aquam fluminis iordanis be
nedixiſti: in quo ⁊ baptizatus fuiſti: diabolum
⁊ eius tentationē viciſti: crucē ſubire nō dubi-
taſti: mortem ſuperaſti tertia die reſurgendo:
primū marie magdalene te demōſtraſti: poſt
quadraginta dies celos aſcendiſti: et ſpiritum
ſanctū paracletum ſuper apoſtolos tuos miſi
ſti. ¶ Tu domine rex eterne glorie benedicere ⁊
ſancti ✠ ficare digneris hos terminos. Aqui
eſtēdera la mano haziendo la ſeñal de la cruz
azia la parte o partes donde caē ſus terminos.
Ut tua benedictione protecti germinent: flo-
reant: fructificēt omnia in eis ſeminata ⁊ plan-
tata: ad gloriam ſanctiſſimi nominis tui ⁊ pro-
fectum laborantiū in eis: vt inde ſumptis deci-
mis: primitijs: ⁊ oblationibus pro cultu diui-
nitatis

nitatis tue: cetera ad vitam tuorũ fidelium nu
triendam: quorũ tu via veritas ⁊ vita es: abun-
de feliciterq; prouenient. Jube dñe cuſtodiri
eos per ſanctos angelos tuos ab hoſtibus no-
ſtris viſibilibus ⁊ inuiſibilibus nocte et die: ne
eis quidquam noceant per nomen ſanctũ tuũ:
quod eſt Jeſus: et cui omne genu flectitur cele-
ſtium: terreſtriũ: ⁊ infernorum. Jube dñe plu-
uiam ſalutarem: Jube ſerenitatẽ tranquillam
tẽporibus ſuis: Jube dñe omnẽ congruentiã.
per te ſaluator mundi. Qui cũ patre ⁊c. Hecho
eſto ſe pondra de cara azia la parte de oriente y
dira. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo.
Initium ſancti euangelij ſecundũ Joannem.
In principio erat ver. Todo haſta Plenũ gra-
tie et veritatis. Como eſta al fin del baptiſmo
infra. Deſpues deſto dira. Ecce crucẽ domini:
Leuãtando la mano derecha con la cruz. Alla.
Fugite ptes aduerſe: vicit leo de tribu iuda: ra
dix dauid alla. ℣. Crux benedicta in qua triũ-
phauit rex angelorum alla. ℣. Per ſignũ crucis
de inimicis noſtris: libera nos dñe deꝰ noſter.
℣. A fulgure et tẽpeſtate. ℟. Libera nos domi
ne deus noſter. ℣. Etenim dñs dabit benigni-
tatem. ℟. Et terra noſtra dabit fructum ſuũ.
℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et

clamor meus ſemper ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

Ecleſiam tuā domine benignus Oratio. illuſtra: vt beati Joannis euangeliſte illuminata doctrinis ad dona perueniat ſempiterna. Per chriſtum do. ꝛc. Aqui echara agua bendita. Hecho eſto ſe voluera azia donde ſe pone el ſol y dira.

Adeſto nobis omnipotens deus pater: et filius: ꝛ ſpiritus ſanctus. amen. Oremus.

Domine ieſu chriſte fili dei viui: qui in hūc mundū veniſti peccatores ſaluos facere: quiq; cum peccatoribus ꝛ publicanis manducando dixiſti: non veni vocare iuſtos: ſed peccatores: et quid eſt miſericordiam volo ꝛ non ſacrificium: ex quibus ſanctos apoſtolos ꝛ euangeliſtas tuos elegiſti: martyres: cōfeſſores: virgines: ꝛ omnes ſanctos ſanctaſq; congregaſti: audi et exaudi nos miſeros ꝛ fragiles peccatores: ꝛ ne reſpicias malignitatez noſtram: reſpice potius dignitatem tuā qui dignatus es de indignis dignos facere: ac de pctōrib' iuſtos.

¶ Tu domine rex. ꝛc. Como antes en la primera collecta haſta la fin donde dize. per te ſaluator mundi ꝛc. y ſe dira deſpues el euangelio:

¶ Secundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit dominus iesus discipulis ſuis. Sicut fulgur exit ab oriente et paret vſqȝ in occidentē: ita erit aduētus filij hominis. Ubicunqȝ fuerit corpus: illuc congregabuntur et aquile. Statim autē poſt iubilationem dierum illorū ſol obſcurabitur: ⁊ luna non dabit lumen ſuū: et ſtelle cadent de celo: ⁊ virtutes celorū cōmouebuntur. Et tunc apparebit ſignum filij hominis in celo: ⁊ tunc plangēt omnes tribus terre. Et videbunt filiū hominis venientē cum poteſtate magna ⁊ maieſtate. Et mittet angelos cū tuba ⁊ voce magna: ⁊ congregabunt omnes electos eius a quatuor vētis celi: a ſummis celorū vſqȝ ad terminos eorū. Ab arbore autem fici diſcite parabolam. Cū iam ramus eius tener fuerit: ⁊ folia nata: ſcitis qm̄ ꝓpe eſt eſtas. Ita ⁊ vos cū videritis hec omnia: ſcitote quia prope eſt in ianuis. Amen dico vobis: quia non preteribit generatio hec: donec omnia fiant. Celū et terra tranſibunt: verba autē mea non preteribunt. Per ſancta euangelij verba defende nos hodie ab omni tempeſtate mala. Dira deſpues como eſtan arriba todas aquellas preces. Ecce crucem ⁊c. Haſta la collecta: y dicho. Dominus vobiſcum. Se dira eſta collecta. Oremus. Oratio.

Ordo benedicendi terminos.

BEati apľi tui ꝛ euangeliſte matthei queſumus dñe precib⁹ adiuuemur: vt quod poſſibilitas noſtra nõ obtinet: eius nobis interceſſione donetur. Per chriſtũ ꝛc. Echara como antes el agua bendita. y ſe voluera azia ſetentriõ y dira. Adeſto nobis omnipotens deus pater et filius ꝛ ſpiritus ſanctus amen. Oremus.

DOmine ieſu chriſte fili dei viui: qui es refugium pauperũ: ſpes humiliũ: ꝛ protector in te ſperantium: hanc plagam ꝛ partẽ aquilonarem: a qua omne malum panditur vt teſtatur propheta: potenter reſpice: et mala que iuſte meremur propitius auerte. Tu domine rex ꝛc. Como antes.

Euangelium ſecundum Marcum.

IN illo tempore. Recumbentibus vndecim diſcipulis: apparuit illis ieſus: et exprobrauit incredulitatem illorum ꝛ duriciam cordis. Quia his qui viderant eum reſurrexiſſe: nõ crediderant. Et dixit eis. Euntes in mundũ vniuerſum: predicate euangelium omni creature. Qui crediderit: ꝛ baptizat⁹ fuerit: ſaluus erit. Qui vero nõ crediderit condẽnabitur. Signa autem eos: qui crediderint hec ſequentur. In nomine meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis: ſerpẽtes tollent: et ſi mortiferũ quid

biberint

biberint: nõ eis nocebit. Super egros manus imponent: & bene habebũt. & dñs quidẽ Jeſus poſtꝙ̃ locutus eſt eis: aſſumptus eſt in celum: et ſedet a dextris dei. Jlli autem profecti predicauerunt vbiqꝫ domino cooperante et ſermonẽ confirmante ſequentibꝰ ſignis. Per ſancta euãgelij verba defende nos hodie ab omni tẽpeſtate mala &c. Dira como arriba. Ecce crucem do. haſta la oracion. Oremus.

Deus qui nos per beati marci euãgeliſte miniſteriũ nobis veritatem euãgelij patefieri voluiſti: cõcede queſumus: vt quod ab illius ore didicimus: tua gratia adiuti operari valeamus. Per chriſtũ. Aqui ſe voluera azia la parte de medio dia y dira. Adeſto nobis oĩpotens deꝰ: pr̃ & filiꝰ & ſpũs ſãctꝰ. Amẽ. Oremꝰ. Oro.

Domine ieſu chriſte fili dei viui: qui ab impijs & ſceleratis iudeis flagellari: ſpinis coronari: ſputis conſpui: colaphis cedi: & in cruce clauari voluiſti: quẽ adorat multitudo angelorum: cui throni et dñationes ſubijciunt: quem cherubim & ſeraphin: ſanctus ſctũs ſanctus dominus deus ſabaoth clamant in excelſis. Tu dñe rex. Como antes. Y ſe dira eſte euangelio.

Secundum Lucam.

IN illo tēpore. Dixit dñs Jeſus diſcipulis. Erunt ſigna in ſole et luna et ſtellis: et in terris preſſura gentium: pre cōfuſione ſonitus maris et fluctuū. Areſcētibus hominibus pre timore et expectatione: que ſupuenient vniuerſo orbi. nam virtutes celorū cōmouebuntur: et tunc videbunt filiū hominis venientem in nube cum poteſtate magna ⁊ maieſtate. His autē fieri incipientibus: reſpicite ⁊ leuate capita veſtra: quoniā appropinquat redēptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinē. Uidete ficulneam ⁊ oēs arbores: cū producunt iam ex ſe fructū: ſcitis quia prope eſt eſtas. Ita ⁊ vos cū videritis hec fieri: ſcitote quoniā prope eſt regnū dei. Amen dico vobis: quia nō preteribit generatio hec: donec omnia hec fiant. Celum et terra tranſibūt: verba autem mea nō tranſient. Per ſancta euāgelij ℣ba libera nos ab oī tēpeſtate mala. Y deſpues dira. Ecce crucē. como arriba eſta dicho: haſta la collecta. ⁊ dicet poſtes hec oro. Orem⁹

IN terueniat pro nobis q̄ſumus dñe ſanctus tuus lucas euāgeliſta qui crucis mortificationē iugiter in ſuo corpore pro tui nois honore portauit. Per xp̄m. Y deſpues deſto ſe dira la letania ſeguiente.

Kyrie eleiſon. Xp̄e eleiſon. Kyrie eleiſõ. Xp̄e exaudi nos. Pater de celis deꝰ: miſerere nobis. Fili redēptor mundi deus: miſerere no. Spūs ſancte deus. miſerere nobis. Scta trinitas vnus deus miſerere nobis. Sctá maria et omnes angeli dei: orate pro nobis. Sancte petre τ oēs apoſtoli τ euágeliſte: orate pro nobis. Sctē ſtephane cũ oibus martyribus dei. orate. Sctē ieronyme cũ oibus confeſſoribꝰ dei. orate. Sctá maria magdalena cum oibus ſanctis dei orate ꝑ nobis. y finalmente echara al rededor en torno dela agua bendita diziendo. Signum ſalutis pone dn̄e: in oibus finibus τ terminis noſtris: vt nõ permittas introire angelũ percutientē ſeua τ pernicioſa tēpeſtate. ℣. Oſtende nobis dn̄e miam tuá. ℟. Et ſalutare tuũ da nobis. ℣. Dn̄e exaudi τc. Dn̄s vobiſcũ τc. Oremꝰ.

Exaudi nos dn̄e ſancte pater oipotēs eterne deus: et mittere digneris ſanctũ angelũ tuũm: qui cuſtodiat: protegat: viſitet terminos et fructus agrorum noſtroꝝ. Per dn̄m. τc. Et benedictio dei oipotentis patris et filij. τc.

Eſte cõiuro o bēdicion de terminos excepto el officio dela miſſa: ſe puede hazer todos los dias en la mañana ora ſea deſde la puerta de la ygleſia

ora ſea de la torre del campanario: començan-
do deſde la parte donde comiença. In nomi-
ne patris ⁊c. Y ſea la intencion del ſacerdote
tal que ruegue a nueſtro ſeñor por ſu diuina cle
mencia quiera guardar de toda mala tẽpeſtad.
Mas quando ſentiere tronar o q̃ ſe arma mal
tiẽpo: antes que el nublado entre enel termino
donde cada qual tiene cargo: tañan las campa-
nas: y el ſacerdote veſtida la ſobrepeliz y toma-
da ſu eſtola vt moris eſt: y vna cruz pequeña:
hincado de rodillas delante el ſancto ſacramẽ-
to ſe encomiẽde a dios con toda la maior deuo-
cion q̃ pudiere. y haga encender el ciryo paſcual
delante del corpus: y ſalga deziendo. In te dñe
ſperaui ⁊c Y ponga ſe donde mas y mejor pue-
da ver todo el termino y ſeñorear el nublado. Y
eneſte tiẽpo el ſacerdote ſiempre entienda en di
uidir la nube: y ſi la ve diuidida procure que no
ſe le torne a juntar. mas ſi la tẽpeſtad lo puſiere
en tanto eſtrecho que no ſe pueda valer ni ſeruir
del libro: pueſto de rodillas teniendo el ſpiritu
con dios pidiẽdo le adiutorio: dira lo q̃ ſupiere
dela letania o de algũ ſalmo: o cãtara la ſalue o
otra tal deuocion buena y aprouada. Y ſi por uẽ
tura al tañer de la cãpana cõcurriere el pueblo

ala ygleſia y ſe hallare algun ſacerdote veſtida ſu ſobrepeliz ſi amano la hallare o deſcubrira el altar y tendera los corporales: y abrira el miſſal donde eſta el Te igitur. mas guardem ſe de ſacar ny aun tocar el ſancto ſacramento que ſeria abuſion muy mala: y alli podra cantar la letania: o la Salue. o rezar las paſſiones: o algunos pſalmos como ſon Deus deus meus reſpice. o Laudate dominũ de celis. Benedicite. Quicũq3 vult. cada verſo con ſu Gloria patri.

¶ Aqui commienſa la conſuration contra las tẽpeſtades ordenada por ſant Brandano e de todos los doctores de Ibernia probada verdaderamente. ℞. In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Pater no. Et ne. Cõiuratio.

Coniuro te ⁊ adiuro te tẽpeſtas mala ⁊ valida per patrem ⁊ filiũ ⁊ ſpiritum ſanctũ et per bonitatem patris: ⁊ per bonitatẽ filij: et per bonitatem ſpiritus ſancti. per dignitatẽ patris: per dignitatem filij: per dignitatẽ ſpiritus ſancti. et per omnia que dñs noſter Jeſus chriſtus ad laudem ⁊ honorem nominis ſui creauit vt ꝑcul recedant a finibus noſtris: ſiue in mare ſiue in mõtibus lapidoſis vt nũꝙ noceas fru-

ctibus noſtris: vt ſicut eſt ſeparatum celũ a ter-
ra: ⁊ dulce ab amaro: infern⁹ a paradiſo: ſic fias
remota per hanc ſanctiſſimã coniurationẽ ab
omni mundano labore noſtro. Amen.

Adiuro te tẽpeſtas mala crudeliſſima per
ſanctam mariã genitricẽ dei: per caſtitatẽ
ſuam: ⁊ per ſpeciẽ ſuã: ⁊ per caput ſuũ: ⁊ per ocu
los ſuos: ⁊ per omnia mẽbra ſua: ⁊ per bonitatẽ
ſuam: per claritatẽ ſuaꝫ: ⁊ omnia bona ſua: vt ci
to recedas ⁊ fugias a finibus noſtris vt nõ no-
ceas frugib⁹ chriſtianorum neqꝫ meſſibus vel
vllis laboribus noſtris. Amen.

Coniuro te ⁊ adiuro te tẽpeſtas ſeuiſſima
mala de qualicunqꝫ ſis natura per ſanctã
crucem in qua dñs noſter ieſus Chriſtus pepẽ
dit: ⁊ per lãceam cum qua vulneratus eſt: ⁊ per
clauos cum quibus crucifixus fuit: et per ſan-
guinem ⁊ aquam de latere ſuo fluxerũt propter
humani generis redemptionẽ: per lignum cru-
cis: et per quatuor brachia crucis vt tanq̃ ſepa-
ratum eſt celum a terra ⁊ iuſtus ab inferno: in-
fernus a paradiſo: ſic fias remota per hanc ſan
ctam coniurationem ab omni labore et fructu

mundano ſiue in mare ſiue in terram deſertam vel in montibus lapidoſis: vt non habeatis poteſtatem inferre damnum vllis Chriſtianis. Amen. Cir ✠ cundet te deus pater. Cir ✠ cundet te deus filius. Cir ✠ cundet te ſpiritusſanctus. ✠ Dira tempeſtas et ſeuiſſima. Amen. Deſtruat te deus ſpiritusſanctus tempeſtas nebuloſa. Chriſtus ✠ vincit. Chriſtus re ✠ gnat. Chriſtus ✠ imperat. Chriſtus tēpeſtatem malā deſtruat vt nullis Chriſtianorum fructibus noceat. Amen.

Coniuro te et adiuro te tempeſtas mala ſeuiſſima per ſanctum Michaelem archāgelum: et per Gabrielem vrielem: et per omnes ſanctos angelos tuos ⁊ archangelos et per nomina eorum: et per claritatem illorum: et per omnia opera bona illorum vt cito fugias: procul recedas a finibus noſtris. Amen.

Coniuro te tempeſtas mala grandinoſa: q̄ immines eſſe dira: tenebroſa ſeua atq; mala per ſanctum Joannem baptiſtam: qui dominū baptizauit: et omnes ſanctos dei prophetas qui aduentū dn̄i predicauerunt. Et ſup duodecim apoſtolos dei ſcilicet Petrū Paulū Andream ⁊ Jacobum Philippum Bartholo

meum: per Thomā atq3 Thadeum: per Simonem atq3 Mathiam: per Judā ⁊ Joānem: per quatuor euangeliſtas: Mattheū Marcū Lucā et Joānem. et per omnes diſcipulos dei. ⁊ per noīa eorum et coronas illorū: et per capita eorū. et per oculos eorum. ⁊ per barbas eorum. ⁊ per manus et pedes illorum.

Coniuro te ⁊ adiuro te tēpeſtas mala crudeliſſima per ieiunia ſanctorꝝ et per abſtinentiā illorum et per confeſſionem illorꝝ: et per miſſas illorꝝ: per charitatem illorū: per penas illorꝝ per ſanguinem illorum: per elemoſynas illorum ⁊ omnia bona opera illorū. ⁊ per omnes virtutes illorꝝ. Et per hec nomina ſanctorꝝ ſanctiſſima ſeuiſſima tempeſtas ꝓcul recedas cito a finibus noſtris ſiue in mare ſiue in terram deſertam vt non fructibus neq3 arboribus ſeu ſegetibus hominum noceas. Amen.

Coniuro te ⁊ adiuro te iterū tēpeſtas mala turbulenta et nigra atq3 tenebroſa per hec ſanctiſſima nomina dei que ſunt Alpha ⁊ o id eſt primus ⁊ nouiſſimus initiū et finis. On fortis. On bonus. On piſſimus: ille bon⁹ tetragrāmaton: immutabilis: inuiſibilis. Creator

tor fixus. Emanuel. Dominus vnigenitus yaelios. Eloy. Sabbaoth adonay. Agyos. Otheos yſquiros athanatos: et per omnia ſanctiſſima alia dei nomina vt ſicut precepi et adhuc precipio tu adiurata tempeſtas procul cito recedas a finibus noſtris. Amen. ✠ Deſtruat te deus pater. De ✠ ſtruat te deus filius. De ✠ ſtruat te ſpiritus ſanctus. Chriſtus ✠ vincit. Chriſtus ✠ regnat. Chriſtus imperat. Chriſtus tempeſtatem malā deſtruat. Amen.

Coniuro te ⁊ adiuro te tempeſtas ſeuiſſima de qualicunqȝ ſis natura per centum quadraginta quatuor milia martyrū: qui pro chriſto paſſi ſunt: ⁊ per nomina illorū: ⁊ per puriciam illorum: ⁊ per ſanguinem eorum. Et per penas eorum ⁊ gloriam illorum: vt ſicut precepi et adiuraui fugias: procul recedas a finibus noſtris. Amen.

Coniuro te ⁊ adiuro te tēpeſtas mala per viginti quatuor ſeniores qui quotidie deū laudant et nouum canticum cantant ante illū: et per ſenectutem illorum: ⁊ per laudes quibus deum laudant: ⁊ per gloriam illorum ⁊ omnia bona opera illorum vt procul fugias a finibus noſtris. Amen.

## Adiuratio contra tempeſtatem.

COniuro te et adiuro te tēpeſtas maligna per ſanctū Stephanū ꝓthomartyrē: et per ſanctum Antoniū: ꝛ per ſanctū Criſtophorum: et per ſanctū Corneliū: ꝛ per ſanctū Cyprianū: et per ſanctū Mauriciū: et per ſocios eius: ꝛ per omnes ſanctos martyres dei: ꝛ per coronas eorum: ꝛ per mēbra eorū: ꝛ per fidē eorū: ꝛ per ſanguinem illorū et penas illorum: vt ꝓcul fugias a finibus noſtris. Amen.

COniuro te iterū tempeſtas mala tenebroſa per ſanctū martinū: ꝛ per ſanctum nicolaum: ꝛ per ſanctum Benedictum: ꝛ per ſanctū Adoeuū: et per ſanctum Gregoriū: et per ſanctum Torquatum: ꝛ per ſāctum Auguſtinum: ꝛ per ſanctum Brandinum: et per ſanctū Patricium: et per omnes ſanctos confeſſores: et per coronas illorum: et per capita eorum: et per omnia bona opera eorum: ꝛ per omnia ſanctiſſima adiuramenta eorum: vt non habeas poteſtatem ex parte dei: vt non noceas finibus noſtris. Amen.

COniuro te et adiuro te iterum tempeſtās mala per tres pueros: Sidrac: Miſaac: Abdenago: ꝛ per tres reges Gaſpar: Balthaſar atqꝫ Melchior. Et per quatuor flumina pa-

radiſi emanantia quorum nomina ſunt. Ver: Giron: Fiſon: Tigris: ⁊ Eufrates. qui circundant totū paradiſum. Coniuro te per ſolem et lunā ⁊ per ſtellas celi: ⁊ per thronū dei: ⁊ per maieſtatē chriſti. per ſplēdorem dei vt ſicut eſt celū ſeparatū a terra: ⁊ iuſtus ab iniuſtis: infernus a paradiſo: ſic fias remota tu mala tēpeſtas ab omni labore mūdano ſiue in mare ſiue in terra deſerta vbi non noceas fructibus vel laboribus vel arboribus chriſtianorum. Amen.

COniuro te denuo crudeliſſima mala tempeſtas: per ſanctam mariam matrem domini noſtri ieſu chriſti: ⁊ per ſanctam mariam Magdalenā: ⁊ per ſanctam Margaritā: et per ſanctam Catherinā: et per ſanctā Helenam: et per ſanctā Marinā: ⁊ ſanctam Brigidā: ⁊ per ſanctam baſilipſam: ⁊ per ſanctā eulaliā: et per ſanctā Leocadiam: et per ſanctā Chriſtianā: et per ſanctā Eufemiā: ⁊ per ſanctam charitatem: et per ſanctā fidē: ⁊ per ſanctā humilitatē: et per ſanctā ſpem: ⁊ ꝑ ſanctā Cōcordiā: ⁊ ꝑ ſanctā Caſtitatē atqȝ ſobrietatē: ⁊ ꝑ oēs ſctās virgines dei: ⁊ per coronas illarum ⁊ per cōfeſſionē illarū: vt procul fugias a finibus noſtris: vt recedas ꝓut precipimus: vt non inferas dam-

num fructibus noſtris vel laboribus noſtris. ſiue vllis laboribus noſtris. Amen. In no✠mine patris ꝛc. amen. Oratio.

D Omine Jeſu chriſte qui flumen iordanis benedixiſti: bn̄✠dic domine nubes iſtas et fac eas fundere in aquas benedictas vt non propter culpas noſtras deleas fruct⁹ quos dignatus es demonſtrare vel demōſtraturus es. Agios. Agios. Agios. Yſquiros. Yſquiros. Yſquiros. Ymas eleiſon.

Hic incipit benedictio fontis.

Adiutorium noſtrum in nomine domini. Qui fecit celum. Sit nomen. Ex hoc nunc. Domine exaudi orationē. Et clamor meus ad. Domin⁹ vobiſcum. Et cum. Oremus. Oratio.

O Mnipotens ſempiterne deus: adeſto magne pietatis tue myſterijs adeſto ſacramentis: ꝛ ad recreandos nouos populos quos tibi fons baptiſmatis parturit: ſpiritum adoptionis emitte: vt qđ humanitatis noſtre gerēdum eſt myſterio: tue virtutis cōpleatur effectu. Per dn̄m noſtrū ieſum xp̄m filiuꝫ tuū qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per oīa ſecula ſeculorū. Amen. Dn̄s vobiſcum. Et cum ſpū tuo. Surſum corda. Habemus

mus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum ⁊ iuſtum eſt. Prefatio.

Vere dignū ⁊ iuſtum eſt: equū et ſalutare. Nos tibi ſemper ⁊ vbiqꝫ gratias agere: dñe ſancte pater omnipotēs eterne deus. Qui inuiſibili potentia ſacramentoꝝ tuoꝝ mirabiliter operaris effectū. Et licet nos tantis myſterijs exequendis ſimus indigni: tu tamē gratie tue dona nō deſerēs: etiā ad noſtras preces aures tue pietatis inclines. Deus cuius ſpūs ſuꝑ aquas inter ipſa mundi primordia ferebatur: vt iam tūc virtutē ſanctificationis aquarū natura cōciperet. Deus qui naſcentis mūdi crimina per aquas abluēs: regenerationis ſpeciē in ipſa diluuij effuſione ſignaſti: vt vnius eiuſdemqꝫ elementi myſterio: ⁊ finis eſſet vitijs et origo virtutibus. Reſpice dñe in faciem eccleſie tue: multiplica in ea regenerationes tuas: qui gratie tue affluentis impetu letificas ciuitatē tuā: fontēqꝫ baptiſmatis aperis toto orbe terrarum gentib' innouandis: vt tue maieſtatis imperio ſumat vnigeniti tui gratiā de ſpū ſctō. Hic diuidat aquā cū manu ī modū crucis dicēs

Qui hanc ✠ aquam regenerādis hominibus preparatam arcana ſui luminis am-

mixtione fecūdet: vt ſanctificatio ✠ ne conce-
cepta ab immaculato diuini fontis vtero in no-
uam renatā creaturā progenies celeſtis emer-
gat. ✠ Et quos aut ſexus in corpore aut etas
diſcernit in tempore: omnes in vnā variat gra-
tia mater infantiā. Procul ergo hinc iubente te
domine omnis ſpūs immundus abſcedat: pro-
cul tota nequitia diabolice fraudis abſiſtat.
Nihil hic loci habeat contrarie virtutis admi-
xtio: nō inſidiando circūuolet: nō latendo ſub-
ripiat: nō inficiendo corrūpat. Sit hec ſancta
et innocēs creatura libera: ab omni impugna-
toris incurſu: ⁊ totius nequitie purgata diſceſ-
ſu. Sit fons ✠ viuus: aqua ✠ regenerās: vn-
da ✠ purificans: vt omnes hoc lauacro ſaluti-
fero diluendi: operāte in eis ſpirituſancto: per-
fecte purgationis indulgentiā conſequantur.
Unde benedico te creatura aque: per de ✠ um
viuum: per de ✠ um verum: per de ✠ um ſan-
ctum: per deum qui te in principio verbo ſepa-
rauit ab arida: cuius ſpiritus ſuper te fereba-
tur in mundi creatione: qui te de paradiſo ma-
nare fecit: ⁊ in quatuor fluminibus totam ter-
ram rigare precepit. Aqui echara el ſacerdote
con la mano derecha vn poco de agua fuera de

la pila a cuatro partes: como quiẽ haze la señal
dela cruz. aſſaber es azia oriente y occidente: y
deſpues azia ſetentrion y media dia. Qui te in
deſerto amaram ſuauitate indita fecit eſſe po-
tabilem: et ſitienti populo de petra produxit.
Bene ✠ dico te per ieſum chriſtum filiũ eius
vnicũ dñm noſtrũ qui te in chana galilee ſigno
ammirabili ſua potẽtia cõuertit in vinum: qui
pedibus ſuper te ambulauit: ⁊ ab ioãne in ior-
dane in te baptizatus eſt. Qui te vna cum ſan-
guine de latere ſuo ꝓduxit: ⁊ diſcipulis ſuis iuſ
ſit vt credẽtes baptizarẽtur in te dicẽs. Jte do
cete oẽs gẽtes baptizãtes eos in no ✠ mine pa
tris ⁊ ✠ filij ⁊ ſpũs ✠ ſancti. Amẽ. Hic mu-
tet vocem quaſi legẽs. Hec nobis precepta ſer-
uantibus: tu deus omnipotẽs clemens adeſto
tu benignus aſpira. Hic aſpiret ter in aquã in
modũ crucis. Tu has ſimplices aquas tuo ore
benedicito: vt preter naturalem emũdationẽ
quam lauãdis poſſunt adhibere corporibus:
ſint etiam purificãdis mẽtibus efficaces. Per.
Hic ponatur cereus in aquam ⁊ dicat ſacerdos
excelſa voce.

DEſcendat in hanc plenitudinẽ fontis vir
tus ſpũs tui: totãqz huius aque ſubſtan-

tiam regenerandi fecundet effectū. Hic tollat cereus de aqua. Hic omniū peccatorū macule deleātur: hic natura ad imaginē tuā condita ⁊ ad honorem ſui reformata principij: cunctis vetuſtatis ſqualoribus emūdetur. Ut omnis homo hoc ſacramentū regenerationis ingreſſus: in vere innocētie nouā infantiā renaſcat. Per. Hic mittat criſma in aqua dicēs. Sanctificet et fecundet fons iſte ex eo renaſcentibus in vitam eternam amen. Hic mittat oleum dicens. Cōiunctio olei ſanctificationis: ⁊ aque baptiſmatis ſit pariter benedicta. In no ✠ mine patris et ✠ filij ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. Amen.

Incipit ordo baptiſmi in quo videntur principio nōnulla notāda et illud imprimis ſeſe offert: vt patrini nō admittantur niſi ſciant ſaltem orationem dominicam et ſymbolū apoſtolorum. Et nō ſint maritus et vxor ſimul propter publicam honeſtatem: tametſi nulla contrahitur cognatio ſpiritalis inter ſuſcipiētes. Item nullo modo ſacerdos audeat baptizare in domibus niſi in caſibus exceptis in iure: quod et conſtitutio ſynodalis prohibet. Quod ſi quando vrgente neceſſitate: in domibꝰ aut extra

tra eccleſiā nō ſeruata forma ⁊ ſolennitate eiuſ-
dem baptizare cōtigerit: ſi infans eſt totaliter
natus nō debet ſine patrino baptizari: ſi modo
talis patrinus ſine periculo infantis poſſit ex-
pectari: quia ſi cōmode nō poteſt haberi ad pre
ſens: tunc ſatis eſt vt ſit qui aquā infundat di-
cēdo Ego te baptizo In ✠ noīe patris ⁊ filij et
ſpiritus ſancti. Amē. Ubi notandū ꝙ quāuis
diuerſe eccleſie diuerſimode baptizent: noſtra
tamen eccleſia effundendo baptizat. y aſſi ha-
ran todos conforme al vſo dela ygleſia madre
tomaran el agua en algun ſalero: co[illegible]o taſa
que mas propia fuere para ello. y teniendo el
niño entre las manos ſu padrino lo mas deli-
cadamente que pueda y la madrina del pie o de
la mano. El ſacerdote tomara el agua con la co-
pa o ſalero en la mano derecha y le echara por
encima la cabeça tres vezes durante las pala-
bras deſta manera. Ego te baptizo ✠ in noīe
patris la primera vez con tal que comiēce quan
do dize baptizo: y la ſegūda quādo ✠ et filij: y
la tercera quādo ✠ et ſpiritus ſancti amē. ver-
dades que baſta que el agua le toque durante
las palabras ⁊c. y aunqz ſe ponen eſtas tres ve-
zes diſtinctas: pero el ſacerdote a de ſer tan pla

tico y tan dieſtro que lo haga ſucceſſiuamente. y ſi por dicha acaeſciere bautizar en caſa o donde quiera en tiẽpo de neceſſidad ſin exorziſmo: y cathecismo. Deſpues no dexe de hazer llebar la criatura ala ygleſia y hazer alli el exorziſmo y cathecismo y todo lo demas que mãda el manual excepto el echar del agua con el. **Ego te baptizo &c.** porque no ſe a de reiterar eſte ſacramento ni con condicion ni ſin condicion cuãdo ſe puede ſaber de cierto ſi eſta baptizado. Y por eſſo deben hazer los curas dos coſas. La vna que pregunten ſiempre ſi la creatura eſta baptizada quiero dezir ſi le ha echado agua la partera o otro cualquiera deziendo las palabras bien y derechamente o no, y ſi dizen que ya eſta bautizada no le eche agua antes dexara todo aquello que eſta enel manual deſde donde la poſtrera vez reſponden **Credo** haſtá donde comienſa **Deus omnipotens pater.** y diziendo eſto y dando le la criſma procedera haſta el cabo en todo lo demas. Lo ſegundo que deben prouer los curas es amoneſtar que nadie en tiẽpo del nacer eche agua a la criatura ſin neceſſidad: porque ſe haze grandiſſima irreuerentia al ſacramento cuando ſe adminiſtra ſin la ſolenni-

dad que la ſancta madre ygleſia tiene ordenada: guardan ſe los curas en todo caſo de adminiſtrar eſte ſacramento con condicion porque ſi eſta bautizada la criatura y ſe ſabe como eſta bautizada no le an de tornar a bautizar, ni con condicion ni ſin condicion. Y ſi no eſta bautizada porque le an de poner condicion: pues que es aberiguado que los ſacramentos no ſe an de adminiſtrar con condicion: ſi no cuando no ſe puede ſaber lo cierto y ay probabilidad y ſufficiente cauſa para dudar que en tal caſo bien es que le bautizen cõ condicion diziendo. **Si nõ es baptizatus ego te baptizo. In ✠ nomine patris ⁊ ✠ filij ⁊ ✠ ſpiritus ſancti. Amen.** y en tal caſo como eſte no ſe reitera el ſacramento: aunque ello ſea anſi: **q꞉ nõ dicit iteratũ: qđ neſcit eſſe factũ. Itẽ eſt notandũ qđ cũ in ꝓſecutione officij baptiſmatis invẽta fuerit hec litera. N. nõ intelligit qđ ſemꝑ debeat interrogare patrinos** nombraldo: **q꞉ ſatis eſt qđ ipſemet ſacerdos nominet ipſum ſecũdũ varietatẽ caſuũ grãmaticaliũ: vel ſi maluerit vulgari ſermone dicendo. Pedro o Maria: non enim refert multũ vt hoc aut illo modo nõietur.**

¶ Incipit baptiſmus maſculorum.

¶Lo primero el ſacerdote veſtida ſu ſobrepeliz y eſtola y capa o ſegun ſe acoſtumbra en la puerta de la ygleſia: o dẽtro como antes lo an vſado eſtando el padrino de man derecha: y la madrina a la mano ezquierda hara que den la creatura en los braços al padrino con la cabeça ſobre el braço derecho: y eſto no ſe pienſe nadie q̃ ſe manda hazer aſſi por otro reſpecto ni abuſion ſino porque eſtando anſi le viene al ſacerdote mas a mano para hazer los ſignos y officio ſobre la tal creatura. Hecho eſto preguntara el ſacerdote a los padrinos deſten manera. Que trayes aqui: hijo o hija. Reſponderan hijo o hija. dira el ſacerdote. Que quiere ſer: Reſpõderan. Chriſtiano. dira el ſacerdote. Que nombre quiere aber: Reſponderan. N. o. N. y ſi fuere adulto el reſpondera por ſi a la pregunta dira el ſacerdote. N. que pides: Reſponderan la fe. Dira er ſacerdote. La fe que le dara. R. vida eterna. Dira aſſi plegue a nueſtro ſeñor

Hec eſt autem vita eterna vt cognoſcas vnum et verũ deum ꝛ quem miſit ieſum chriſtũ filium eius: qui cũ patre ꝛ ſpiritu ſancto viuit ꝛ regnat per omnia ſecula ſeculorũ. Amen. Et tũc inſufflet eum ter ſacerdos dicens. Sufflo te diabole vt

le vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei: quē tua fraude decepiſti. Exi ab eo ſpūs immūde: ⁊ da honorem deo viuo ⁊ vero: ⁊ da honorē Jeſu chriſto filio eius: et da locum ſpiritui ſancto paracleto: in noīe patris ⁊ filij ⁊ eiuſdē ſpiritus ſancti. Amen. Deinde vocato nomine eius faciat crucem in frōte eius dicens. ℟. Signū ſancte crucis ✠ dn̄i noſtri ieſu chriſti: in frontē tuam pono. Deinde in pectore dicens. ℟. Signum ſaluatoris dn̄i noſtri Jeſu chriſti in pectore tuo pono. Et inter ſcapulas dicens. ℟. Signū domini noſtri Jeſu chriſti inter ſcapulas tuas pono. Domine exaudi orationē meā. Et clamor. Dominus vobiſcum. Et cū. Oremus. Orō.

Omnipotens ſempiterne deꝰ: pater dn̄i noſtri ieſu chriſti: reſpicere dignare ſuper hūc famulū tuū. ℟. quē ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnē cecitatē cordis ab eo expelle diſrūpe omnes laqueos ſathane quibus fuerat colligatus. Aperi ei dn̄e ianuam pietatis tue: vt ſigno ſapientie tue imbutꝰ: omniū cupiditatum fetoribus careat: ⁊ ad ſuauē odorē preceptorum tuorum letus tibi in eccleſia tua deſeruiat: et proficiat de die in diem: vt idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui perce-

pta medicina. Per eundem chriſtum dominū
noſtrum. Amen. Oremus. Alia oratio.

PReces noſtras queſumus dñe clemēter ex-
audi: ⁊ hunc electū tuum quem cru✠cis
dñice cuius impreſſione eū ſigna✠mus virtu
te cuſtodi: vt magnitudinis glorie tue rudimē
ta ſeruans: per cuſtodiam mandatorū tuorum
ad regenerationis gloriā ꝑuenire mereamur.
Per eundem dominum noſtrū Jeſum chriſtū
filium tuum. Amen. Oremus. Alia oratio.

DEus qui humani generis ita es conditor:
vt ſis etiā reformator: propiciare populis
adoptiuis: ⁊ nouo teſtamento ſobolē noue pro
lis aſcribe: vt filij promiſſionis quod nō potue
runt aſſequi per naturam: gaudeāt ſe recepiſſe
per gratiā. Per chriſtū do. Amen. Exorciſmus
ſalis cathecuminis dandi. Adiutorium nr̄m.
Qui fecit celum ⁊ terram. Sit nomen domini
benedictum. Ex hoc nunc et vſq; in ſeculum.

EXorcizo te creatura ſalis in no✠mine dei
patris omnipotentis ⁊ in cha✠ritate do
mini noſtri Jeſu chriſti: ⁊ in vir✠tute ſpiritus
ſancti. exorcizo te per de✠um viuū: per de✠
um verū: per de✠um qui te ad tutelam huma
ni generis procreauit: et populo venienti ad cre

dulitatem per ſeruos ſuos conſecrari precepit: vt in no ✠ mine ſctē trinitatis efficiaris ſalutare ſacramentū: ad effugādum inimicum. Proinde rogamus te domine deus noſter: vt hanc creaturam ſalis ſanctificando ſancti ✠ fices Amen. benedicendo bñ ✠ dicas. Amen. vt fiat omnibus accipiētibus perfecta medicina permanens in viſceribus eorum in no ✠ mine domini noſtri ieſu chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculū per ignē. Amen.

Tunc accipiat ſacerdos de eodem ſale exorcizato et ponat in ore infantis dicens. N.

Accipe ſal ſapientie: ꝓpiciatus ſit tibi dñs in vitam eternā. Amen. Dñe exau. Et clamor meus. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus patrum noſtrorū deus vniuerſe conditor veritatis te ſupplices exoramus: vt hunc famulū tuum. N. reſpicere digneris propicius: et hoc primum pabulum ſalis guſtātem nō diuti⁹ eſurire permittas quominus cibo expleatur celeſti: quatinus ſit ſemper dñe ſpiritu feruens: ſpe gaudēs: tuo ſemꝑ nomini ſeruiēs: et perduc eum ad noue regenerationis lauacrum: vt cuz fidelibus tuis ꝓmiſſionum tuarū

eterna premia cõſequi mereatur. Per chriſtum dominum noſtrum. Amen.

¶ Super maſculos fac crucem.

DEus abraã: deus yſaac: deus iacob: deus qui moyſi famulo tuo in monte ſynai apparuiſti et filios iſrael de terra egypti eduxiſti: deputans eis angelum pietatis tue: qui cuſtodiret eos die ac nocte. Te queſumus domine vt mittere digneris ſanctũ angelum tuũ vt ſimiliter cuſtodiat ⁊ hũc famulũ tuũ. N. ⁊ ꝑducat eũ ad gratiã baptiſmi tui. Per chriſtum dñm no.

¶ Fac crucem in fronte eius.

ERgo maledicte diabole recognoſce ſentẽtiã tuã ⁊ da honorẽ deo viuo ⁊ vero: da honorẽ Jeſu chriſto filio eius ⁊ ſpũi ſancto paracleto: ⁊ recede ab hoc famulo dei. N. q̃ iſtũ ſibi deus et dñs noſter Jeſus chriſtus ad ſuã ſanctã gratiã et bene ✠ dictionẽ fontẽq; baptiſmatis dono vocare dignatus eſt: ⁊ hoc ſignũ ſctẽ cru ✠ cis qđ nos fronti eius damus: tu maledicte diabole nũq̃ audeas violare. Per chriſtum dñm no. Amen.

Super maſculos dicens. Oremus.

DEus immortale preſidiũ oim poſtulãtiũ: liberatio ſupplicũ: pax rogãtiũ: vita credẽtiũ: reſurrectio mortuoꝝ: te inuoco dñe ſuꝑ hũc

famu-

famulum tuũ. N. qui baptiſmi tui donũ petẽs eternam conſequi gratiã ſpirituali regeneratione deſiderat. Accipe eum dñe: et quia dignatus es dicere: petite ⁊ accipietis: querite ⁊ inuenietis: pulſate ⁊ aperietur vobis. Petẽti itaqꝫ premiũ porrige: ⁊ ianuam pãde pulſanti: vt eternam celeſtis lauacri benedictionẽ conſecutus: promiſſa tui muneris regna ꝑcipiat. Per chriſtum dñm noſtrũ. Amen. Sup maſculũ dicẽs.

Audi maledicte ſathana: ⁊ adiuratus per nomen eterni dei: ſaluatoris noſtri Jeſu chriſti filij eius: cum tua victus inuidia tremẽs gemẽſqꝫ diſcede. Nihil tibi ſit cõmune cum ſeruo dei: iam celeſtia cogitanti: renũciaturo tibi ac ſeculo tuo: et beate ĩmortalitati victuro. Da igitur honorẽ aduenięti ſpiritui ſancto qui ex ſumma celi arce deſcendẽs: perturbatis fraudibus tuis: diuino fonte purgatum pectus idem ſctificatum deo templũ ⁊ habitaculũ perficiat: et ab omnibus penitus noxijs ꝓteritorũ criminum liberatus ſeruus dei: gratias perenni deo referat ſemp. Et benedicat nomen eius ſanctũ in ſecula ſeculorũ. Per dñm noſtrũ Jeſum chriſtũ filium eius: qui vẽturus eſt iudicare viuos et mortuos et ſeculum per ignem. Fac crucem

in fronte eius dicens.

Exorcizo te imunde ſpūs in nomine patris et filij ⁊ ſpiritus ſancti: vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei. N. ipſe eñ tibi imperat maledicte dānate qui pedibus ſupra mare ambulauit: ⁊ Petro mergenti dexterā porrexit. Per chriſtum. ¶ Fac crucem in fronte.

Ergo maledicte diabole recognoſce ſentētiam tuam et da honorem deo viuo ⁊ vero: da honorē Jeſu chriſto filio eius ⁊ ſpiritui ſancto paracleto: ⁊ recede ab hoc famulo dei. N. qꝛ iſtū ſibi deꝰ et dominus noſter Jeſus chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam ⁊ benedictionem fontemqꝫ baptiſmatis dono vocare dignatꝰ eſt: ⁊ hoc ſignū ſancte cru ✠ cis quod nos fronti eius damus: maledicte diabole nunq̄ audeas violare. Per chriſtum. Hic alta voce dicat presbyter cum compatre et commatre.

Pater noſter qui es in celis: ſāctificetur nomen tuū. Adueniat regnū tuū. Fiat volūtas tua ſicut in celo et in terra. Panem noſtruꝫ quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

Credo in deū patrem omnipotentē. Creatorem celi ⁊ terre. Et in ieſum chriſtū filiū eius vnicū dominū noſtrum. Qui cōceptus eſt de ſpiritu ſancto: natus ex maria ꝟgine: paſſus ſub pontio pilato. Crucifixus mortuus ⁊ ſepultus. Deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad celos: ſedet ad dexterā dei patris omnipotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Credo in ſpiritum ſanctum: ſanctā eccleſiam catholicam: ſanctorū cōmunionē: remiſſionem peccatorū: carnis reſurrectionē: vitam eternam. Amen. Et veniat ſuper eū miſericordia tua dn̄e. Et ſalutare tuū da ei. Eſto nobis dn̄e turris fortitudinis. A facie inimici. Nihil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquitatis nō apponet nocere ei. Saluū fac ſeruum tuum. Deus meus ſperantem in te. Mitte ei domine auxiliū de ſancto. Et de ſion tuere eum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor. Dominus vobiſcum. Et cum ſpū.

¶ Fac ſignum ✠ in fronte eius dicens.

Eternam ac iuſtiſſimā pietatem tuā deprecor domine ſancte pater omnipotens eterne deus: auctor luminis ⁊ veritatis ſuper hunc famulum tuum. N. vt digneris eum illuminare

lumine intelligẽtie tue mũda eum ⁊ ſanctifica. da ei ſciẽtiã veram vt dignus efficiatur accedere ad gratiã baptiſmi tui. Teneat ✠ firmam ſpem. amẽ. conſi ✠ liũ rectũ. amen. doctri ✠ nam ſanctã. amẽ. vt aptus ſit ad percipiendã gratiã baptiſmi tui. Per chriſtũ dñm. Sacerdos dicat hãc orationẽ tenẽdo manũ ſup caput.

Nec te latet ſathana imminere tibi penas: imminere tibi tormẽta: iminere tibi diem iudicij: diẽ ſupplicij ſempiterni: diẽ qui venturus eſt velut clibanus ardens: in quo tibi atqȝ vniuerſis angelis tuis etern⁹ veniet interitus. Proinde dãnate atqȝ dãnande da honorẽ deo viuo ⁊ vero: da honorẽ ieſu chriſto filio eius: da honorẽ ſpũiſancto paraclito: in cuius noĩe atqȝ virtute precipio tibi quicũqȝ es ſpiritus immũde: vt exeas et recedas ab hoc famulo dei. N. quẽ hodie deus ⁊ dñs noſter ieſus chriſtus ad ſuam ſanctã gratiã ⁊ bene ✠ dictionẽ fontẽqȝ baptiſmatis dono vocare dignatus eſt vt fiat eius templũ per aquã regenerationis in remiſſionẽ omnium peccatorũ. In nomine eiuſdem dñi noſtri ieſu chriſti: qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculum per ignem. Amen. Deinde tangat de ſputo aures ⁊ nares ad aurẽ

ſiniſtrã

ſiniſtram. Effeta: quod eſt aperire. Reſpōdēt. Effeta. Hic tangat nares dicēs. In odorē ſuauitatis. Rñdēt. Effeta. Tangat vero aurē dexterā dicens. Tu autē effugare diabole: appropinquabit enim iudiciū dei. Rñdēt Effeta. ✠ Poſtea portētur infantes ad eccleſiā ad fontē et tangat eis preſbyter pectus ⁊ inter ſcapulas de oleo exorcizato cū pollice: ⁊ interrogato eius nomine dicat. Quomodo vocatur: Reſpōdēt. N. Abrenuncias ſathane: Abrenūcio. Et omnibus operibus eius: Rñdent. Abrenūcio. Et omnibus pōpis eius: Reſpondēt. Abrenūcio. Deinde mittat de oleo exorcizato in pectore et inter ſcapulas dicens. Et ego te linio oleo ſalutis in pectus tuum ⁊ inter ſcapulas tuas vt habeas vitā eternā: ⁊ viuas ī ſecula ſeculoꝝ. Amē. Deinde interroget eum ſymbolū fidei dicens. Quomō vocaris: N. Credis in deū patrē oīpotentem creatorē celi ⁊ terre: Reſpondēt. Credo. Credis et in ieſum chriſtū filium eius vnicum dominum noſtrum natum et paſſum: Rñdēt. Credo. Credis et in ſpiritū ſctm̄: ſanctam eccleſiam catholicam: ſanctorum cōmunionem: remiſſionem peccatoꝝ: carnis reſurrectionem: vitam eternā poſt mortem: Rñdēt. Credo. Quid

petis? Reſpōdent. Baptiſmū. Uis baptizari? Reſpondēt. Uolo. Uis baptizari? Uolo. Uis baptizari? Uolo. Tunc cum ſcutella: copa: vel cipho effundat aquā ſup caput pueri dicēs. Ego te baptizo In noīe patris: dūmodo vt ſupra dictum eſt incipiat ſupfundere dicendo baptizo ſuperfundat ꝛ ſecundo dicens. et filij. tertio deniq; cū dicit. et ſpūs ſancti. Amen. Tūc faciat crucem de criſmate ſuper cerebꝛū eius dicens.

Deus omnipotēs pater dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti qui te regenerauit ex aqua ꝛ ſpū ſancto: quiq; dedit tibi remiſſionē omniū peccatoꝛū: ipſe te liniat criſmate ſalutis ī chꝛiſto ieſu dn̄o noſtro in vitam eternā. Amē. Ad criſmale induendū.

Accipe veſtem candidā: ſanctam ꝛ immaculatam quam perferas ante tribunal dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti: vt habeas vitam eternā: ꝛ viuas in ſecula ſeculorum. Amen. Ad cereum.

AEcipe lampadē ardentē irreprehenſibilem: ꝛ cuſtodi baptiſmū tuū: vt cū dn̄s venerit ad nuptias: cū oībus ſanctis poſſis occurrere ei in aula celeſti: vt habeas vitā eternā: ꝛ viuas in ſecula ſeculoꝛū. Amen. Acabado el baptiſmo y todo lo demas que ſe haze yꝛan a algū altar que mas a mano eſtubiere y alli tomara

el padrino a ſu hijo en los braços y el ſacerdote
le leera el euãgelio ſeguiente.

## Secundũ Joannẽ.

IN principio erat verbũ: ⁊ verbũ erat apud
deum: ⁊ deus erat verbum: hoc erat in prin
cipio apud deũ. Omnia per ipſum facta ſunt: ⁊
ſine ipſo factũ eſt nihil: quod factũ eſt in ipſo vi
ta erat. Et vita erat lux hominũ. Et lux in tene
bris lucet: ⁊ tenebre eã nõ cõprehenderũt. Fuit
homo miſſus a deo cui nomẽ erat ioãnes. Hic
venit in teſtimonium vt teſtimoniũ perhiberet
de lumine vt omnes crederent per illũ. Nõ erat
ille lux: ſed vt teſtimoniũ perhiberet de lumine.
Erat lux vera que illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. In mundo erat ⁊
mundus per ipſum factus eſt: ⁊ mundus eum
non cognouit. In propria venit: ⁊ ſui eum non
receperunt. Quotquot autem receperunt euz
dedit eis poteſtatem filios dei fieri: his qui cre
dunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus
neqꝫ ex voluntate carnis: neqꝫ ex volũtate viri:
ſed ex deo nati ſunt. Et verbum caro factuz eſt:
⁊ habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius
gloriam quaſi vnigeniti a patre: plenum gra-
tie et veritatis.

Aña. Sancta maria ſuccurre miſeris: iuua pu
ſillanimes: refoue flebiles: ora ꝓ populo: inter-
ueni pro clero: intercede pro deuoto feminco ſe-
xu. ℣. Ora ꝓ nobis ſancta dei genitrix ℟. Ut
digni efficiamur ꝓmiſſionibus chriſti. Orem⁹.

Concede miſericors de⁹ fragilitati noſtre
preſidium: vt qui ſancte dei genitricis ⁊ vir
ginis marie memoriam agimus interceſſionis
eius auxilio a noſtris iniquitatib⁹ reſurgam⁹.

Omnipotens ſempiterne deus: q̄ regenera
re dignat⁹ es hūc famulū tuū. N. ex aqua
et ſpiritu ſancto: quiqꝫ dediſti ei remiſſionē om
nium peccatorū: emitte in eum ſeptiformē ſpi-
ritus ſancti paracleti gratiā: ⁊ conſigna eum ſi-
gnaculo ſancte ✠ crucis: ⁊ tribue ei continuā
et longam ſanitatē ad cognoſcendū veritatis
tue virtutem. Per. Dñs vobiſcū. ⁊c. Benedica-
mus dño. Et benedictio dei omnipotentis pa-
tris ⁊ filij et ſpiritus ſancti deſcēdat et maneat
ſup te: ⁊ angelus dñi cuſtodiat te ſemp. Amen.

Dira deſpues el ſacerdote al compadre: e ala cō
madre vos. N. et. N. como abeys ſalido el dia
de oy fiadores deſte vueſtro hijo ala ſancta ma-
dre ygleſia aſſi ſoys obligados amoneſtar a vu-
eſtro hijo como ſea buen chriſtiano y hazer lo

enſeñar

